



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XXVII

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

ECCE HI SVNT FINES &c.

Ecce hæc est Dei potentia, hæc Dei maiestas, quæ
brevibus quidem, utcunq; delineata est, sed tamen tanta
est, ut uerbis comprehendi nequeat: unde pulcher
rime apud Hebræos, non simpliciter dicitur potentia,
sed גבורת רעם id est, tumultus & tonitru
potentiarum.

CAP. XXVII

ET addit Hiob, assumens parabolam
suam, & dixit.

Vivit Deus, qui aufert iudiciū meū,
& omnipotens amareans animā meam.

Quia omnino, donec spirauero mecū,
& halitus Dei in naribus meis fuerit

Si loquantur labia mea iniquitatem,
& si lingua mea meditetur dolum.

Abiit a me ut iustificem uos, donec pere
am, non reiiciā innocentiam meā a me.

De iusticia mea quam teneo non mo
nebor, non reprehendit me cor meum
diebus meis.

Erit sicut impius inimicus meus, & ad
uersarius meus sicut iniquus.

ANNOT. IN. HI OB

Quæ enim est spes hypocritæ, quod auaritiæ studeat, quando extirpaturus sit Deus animam eius.

Nunquid clamorem eius exaudiet Deus, cum uenerit super eum tribulatio?

An super omnipotente delectabitur, inuocabit Deum in omni tempore.

DIVERSA LECTIO.

Pro assumens parabolam suam, Hebræus habet **וַיִּשְׁמַח** hoc est, exaltans prouerbum suum quod nos dicere possumus, exclamans, intendens sermonem suum, ut hæc quasi emphasi quadam dicta sint.

ADNOTATIO.

VIVIT DEVS QVI AV FERT IVDICIUM. &c. Tres amici, hætenus Hiobem propter afflictiones, insimularent occultæ impietatis reum, quando aperta flagitia in ipso nõ agnoscebãt: ad hoc igitur respondet, etiã iuramento adseuerans, se nihil mali prorsus cõscium sibi esse, nec unquam à sua sententia recessurum, nec amicorum opinionem adprobaturum, dicens: Vivit Deus (sic enim iurant Hebræi) qui peius me adfligit, quàm meritis sim, & grauori me dolore adsicit, quàm ferre possim, quod donec uixerò nihil mali in hac causa, de qua inter nos controuersa agitur, loquar, aut corde meditabor, neq; unquam committã

committam, ut assentiar sententiæ vestræ, & fatear,
 me iuxta meritum adstrictum. Si enim hoc faterer, san-
 ctitatem fidei & crucis, negarem, quod, quid aliud est
 quam Deum fide & cruce sanctificatam negare? pro-
 inde, absit ut recedam à iusticia mea, & confitear, me
 propter peccati meritum, crucifixum esse, quādo pro-
 prius nihil mihi conscius sum, neque reprehendat me cor-
 meum, fide iustificatū: quin potius, hi impij sunt, qui
 me impie calumniantur, & hi iniqui sunt, qui mihi in
 hac controuersia aduersantur. Sed quomodo conue-
 nit, quod Hiob primum, uideatur Deum calumniari,
 tanquam iudicium auferentem, & iniuste adfligentē?
 quā sit Deus faciens iusticiam & iudiciū: dein, quod **Hoc peccatū**
 iurando suam iusticiam & innocentiam adferat, **Hiobis blas-**
 phemias con-
 fiteatur? Respondeo, id quod supra **mittit.**
 sepe tractatum est, sed ut repetatur **ov̄ w̄d̄ p̄p̄ 29v**
 Hiob iustam habet causam, aduersus amicorum
 calumnias: sed in causse actione peccat, non enim so-
 lum, suam innocentiam tuetur & excusat, id quod ex
 fide facit, sed etiam Deum accusat, id quod ex grauita-
 te iudicij, & insustentabili crucis onere, prouenit: nā
 quod pertinaciter suam innocentiam adferat, fidei,
 non carnis gloriatio est: fides enim in misericordiam
 Dei, hoc est, Christum, respiciens, alienam iusticiam
 ad se adtrahit: quā qui possidet de innocētia gloria

AD NOT. IN HIOB

tur, nō in se, sed in Domino: & nihil sibi conscius est
ut & Paul. ait, qui tamē paulo ante Ecclesias deua-
uerat. Sed quia talis cōscientia nō ex homine est, id
additur: in hoc aut nō sum iustificatus, ut sciamus in-
nocentiae gloriationē, nō esse iustificatiōis nostris in-
bus parte: sed alterius beneficio donata. Ita & alibi
dicitur: Gloratio nostra, est conscientia nostra: in no-
bis quidē sumus conscij omnium malorum, in Deo uero
quē per fidē possidemus, sumus omnium bonorū cōscij.
Quod aut Hiob nō approbet amicorū sententiā, uere
facit, neq; enim Deus adprobat, ut est capite ult. nam
quāq; ueras producant sententias, eas tamen sordidat
carnali prudētia, & in Hiobem inique torquet.

ET HALITVS DEI IN NARIBVS &c.

Hoc est, donec anima uitalis mecū fuerit, & uer-
scar aura. Halitus enim Dei hoc loco spiritus est hu-
manus, quo uiuimus, spiramus & respiramus, ut Esa-
2. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus est,
id est, nolite confidere in homine, qui uobis nihilo me-
lior est, qui spirat & respirat, qui aequē ac uos, fragi-
litate & morti obnoxius est, in quem Esaie locum, ut
de doctissima Ioannis Oecolampadi præceptoris mei

Ioan. Oecol.

Σομνήματα.

SI LOQVANTVR LABIA &c.

Iurantis est, ut sepe Scriptura habet.

ERIT SICVT IMPIVS INIMIC. &c.

Hiob

Hiob iudicia Domini à se in aduersarios depellit, quod ego nihil mihi cōsciū sum, nō reprehēdit me cor meū: illi potius impij sunt, qui me impiū calumniātur: proinde, adflictiones in me inchoatæ, in caput impiorum mihi aduersantiū, redundabūt. Solet enim iudicium Dei à sanctuario, ut Petrus ait: à ciuitate sancta, ut Hieremias habet, incipere, & in pphana redundare, hoc est, à pijs in impios: itaq; ait Hiob, nō ego impius et iniquus sum, sed potius aduersarij mei, q̄ et iudicij Dei tandē experientur, ut cunq; in me coeptum.

Iudicium incipit in sanctis & cōpletur in aduersarijs Dominus enī perdidit grauius oēs gentes quæ adflicerunt Israe-lem.

QVAE ENIM EST SPES HYPOCRITARUM &c.

Hoc est, adflictio in me coepta, in hypocritarum caput recidet: non enim constabunt in iudicio Domini, etiam si nunc maxime uideantur suis bonis fācere, si spiciunt enim bona pauperū, egenos expilant, & non nisi auaritiā sp̄irant: nam hypocrita infidelis est, quisquis autē sine fide est, charitatem non habet: proinde rapit, calumniatur, & exaturari nunq̄ potest. Solus enim Deus ἰκανότης ἡμῶν ὄσι, qua sufficientia, si quis careat, non explebitur, nec diuitijs, nec honore, nec annis. Audi ergo impij hypocritæ, in Deo sufficientiā non habentis, iudiciū: Deus, inquit, extirpaturus est animā eius. Lu. 12. Stulte, hac nocte manū tuā repentent à te, et quæ parasti, cuius erūt

Infidelis, insatiabilis est.

NUMQUID CLAMOREM &c.

Maius donum homini à Deo conferri nō potuit,

ANNOT. IN HIOB

quàm spiritus oratiõis, quo ad Deum penetramus, enim ipso, quo oramus, exaudimur: & eo, quo Deus orare iussit, exauditouem promisit, ut habet. *Oratione peccatorum non illis loquentibus, ego audiam: & in Euangelio: Petrus exaudi Deus & accipietis. Cur igitur non exauditur impiorum oratio? & in Psal. Precatur spiritus, ut oratio impiorum, in peccatum fiat, quia sine fide & resipiscentia orat, ut eorũ preces potius sint clamor, quàm oratio, nam de fidei oratione Psal. canit: Ad Dominũ cum tribulatione clamauit, & exaudiuit me.*

AN SVPER OMNIPOTENTE.

Hoc est, impius in tempore tribulationis, nec inuocat Deũ, nec exauditur, etiamsi maxime eũ inuocauerit, quia caret fide, orationis medulla: porro, delectari in omnipotente, est in Deo pacẽ & conscientia purã possidere, quanq̃ in mundo afflictiones serantur, impius igitur, ut caret fide, ita caret gaudio & pace conscientie: non enim est pax, ut Propheta ait, impiis. Quod uero ait hypocrita nõ inuocare Deũ omni tempore, huc respicit, quod sit sine intermissione orandũ, ubi enim est fides, ibi oratio nunq̃ intermittitur, etiamsi quis aut dormiat, aut aliud agat: infidelitas uero nunq̃ orat, nisi ore, quæ oratio nubes penetrare nequit.

Docebo uos (quid sit) in manu Dei, quid ab omnipotente fiat, non calabo.

Eccc

Ecce uos omnes prudentes uidemini,
quare ergo sic uana loquimini?

Hæc est pars hominis impii a Deo, & *Maledictiones impu-*
hereditas tyrannorum quam ab omni
potente adcipient.

Si multiplicati fuerint filii eius, ipsius
gladii peribunt, & nepotes eius non im-
plebuntur pane.

Reliquiæ eius in morte sepelientur, &
uiduæ eius non plorabuntur.

Si cõportauerit quasi puluerẽ argen-
tum, & sicut lutũ præparauerit uestem.

Præparabit, sed iustus uestietur, & ar-
gentum innocenti diuidetur.

Aedificat domum suam sicut tineæ, &
sicut tabernaculum facit custos.

Si diues occubuerit, nõ rapiet (opes se-
cũ) oculos suos aperiet, & nihil inueniet.

Adprehendẽt eum, sicut aqua, terro-
res, noctu surripiet eum tempestas,

Tollet eũ uentus orientalis, ut pereat,
& rapiet eum tempestate, e loco suo.

Proiiciet eum, & non parcat, de manu
sua fugiens, fugiet.

ANNOT. IN HIOB

Plaudet super eum (irrisor) manibus suis, & sibilabit super eum de loco suo.

DOCEBO VOS &c. Vestra opinione ôdicitur et prudentissimi uobis uidemini, sed stulti facti estis. *ἐν τοῖς ἀλαστομοῖς* uestris. Proinde, audite, docebo uos, quæ sint iudicia, quæ sit sapientia Dei: nam etiam si impij nunc benedicantur, ego uero adfigar innocens, hæc tamen est impij hominis pars, & hæc hereditatem à Domino adcipiet, ut sequitur.

SI MULTPLICATI FVERINT.

Filij impiorum parentum occiduntur. Hoc iudicium, etiam manifeste, impletum est, in posteritate Saulis 1. Regum 21. & Achab 4. Reg. 10. Sic enim in lege dicitur: uisitans iniquitatem patrum in filijs, in tertia & quarta generatione.

ET NEPOTES EIVS &c.

Egestate adfligetur impiorum filij. Sicut enim, de iustorum filijs dicitur: iunior sui & seculi sui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem: ita de impijs: ecce serui mei comedent, & uos esurietis: ecce serui mei bibent, & uos sitietis.

RELIQVIAE EIVS IN MORTE. Id est, quicquid supererit de impio, maledicitur, & perit usque adeo, ut & uiduae, de progenie eius superstites, & eiusdem impietatis heredes non plorabuntur in morte, & nemo sit, qui earum misereatur, sed abiectæ & contemptæ morientur.

SICOMPORTAVERIT QVASI PVLVEREM

VEREM. Quod in lege dicitur: Domū ædificabis
 & non habitabis in ea: plantabis uineam, & nō uin-
 demabis eam, hoc loco, aliter effertur: Colliges nu-
 mos, & parabis uestē, pius uero ijs utetur, solet enim
 Deus diuidere, alijs dona, alijs donorum usum & lu-
 crum: impijs largitur dona, pijs uero, donorū lucrum
 aut usum, ut diuitiæ donū sunt, earum lucrū, est satis *Impiorū, do-*
 habere, propter hoc enim expetuntur opes: iam Do- *nis utūtur pij*
 minus distribuit impijs diuitias, & addit solitudinē:
 pijs uero, largitur tranquillā mentem, & animū pau-
 cis contentum, auferens ab eis diuitias: ita & sanitas
 expetitur, ut sit mens sana, in corpore sano: impijs igi-
 tur datur sanitas corporis, animo interim ægro: pijs
 uero, animi sanitas, corpore omnibus malis affecto.
AEDIFICAT DOMVM SVAM. Quāuis
 impius ædificet, nō tamē durat, nō benedicitur domus *Domus impij*
 felicio perit, et iudicio Domini dissipatur. Pro tinea *desolabitur,*
 Hebræus habet **WY** qd' Lutherus araneū transtulit, ita & ciuita-
 tis sensus, ædificiū impij, est ueluti aranei tela, uel *tes que p im*
 tinea tuguriōhī, in corrosio ligno, que uel leu uento *pietate ædifi*
 dissipatur: præterea, domus impij est, sicut taberna- *cata, aut ser-*
 culū a custode uinearū & hortorū ædificatū, qd' aliq̄ *uate sunt, pe-*
 diu durat, sed post uindemiā, sua spēte collabitur, aut *ribunt.*
 diripitur, Esa. 1. Derelinquetur filia Sion, sicut
 arbutū in uinea, et sicut tuguriū in cucumario.
SI DIVES OCCVBERIT &c.

ANNOT. IN HIOB

Fides aut infidelitas esse videntur ex hoc mundo. Impius suarū opum, nihil secū rapit, sed in iudicio inanis, uacuus & cōsusus, ab eis relinquitur: Mortem enim homie, aut a Domino iudicato, nihil manet, quod uel fide, uel infidelitate rapitur: fides rapit se omnia Christi bona, infidelitas omnia Satanae mala. Quid igitur insanimus in opes? quid in potentia? nihil earum rerum nos hinc ad iudiciū Dei comitatur, sed enim potius, sarcina, aut remora abeunt: nam qui cogitat se moriturū, & interim opes, sanitatē, aliaq; huius mūdi bona curat: quid aliud facit, quā si quis piane leuiter incedere conetur, interim uero, in humeros suos adcumulet, subinde maiora atq; maiora onera?

Impedimenta moriturorū bona mundi.

APPREHENDENT EVM &c.

Sicut aqua, id est, abundantissime noctu, nihil tale cogitantem: iudicium enim impię confidentię, & carnalis securitatis, est subitaneus interitus. Theobaldus Quum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus superueniet interitus.

TOLLET EVM VENTVS ORIENS.

Pro uento orientali, apud Hebræos est אֵפְרוּחַי quod est uentus Eurus ab oriente flans, uehemens deuestigator, Exod. 12. Abstulit mare Dominus, flante uento uehemente & urente. Commodissime igitur per uentum orientalem, urentem, intelligitur iudicium Domini graue, quo impios perdit, rapit, conculat, ut nihil illis eis misericordię locus relinquatur.

DE MANU

DE MANU SUA FUGIENS &c.

Manus hoc loco, sunt auxiliares & protectores.
 in iudicio aut, suos etiam defensores impij fugiunt,
 usq; adeo pudescit Dominus, impiorum confidentia.

PLAUDET SUPER EVM.

Hoc est, ridebuntur & subsannabuntur impij, Deut.
 25. v. in exemplum, & in parabolam &c.

CA. XXVIII.

Argeto est suus egressus, & est locus
 auro, ubi conflatur.

Ferum de puluere sumitur, & lapis ef-
 fundit aes.

*Puluis p terra
 ra, Hebræo
 more.*

Finis constituitur tenebris, & omnem
 terminum quispiam inuestigat, lapidē
 caligine, & tenebris absconditum.

Erumpit torrens, ut nō habitari, nec
 pedibus uadari possit, exhauritur ab ho-
 mine, & mouetur.

De terra egreditur panis, & sub ea euer-
 titur, sicut ignis.

(Aliquibus) locis, sapphiri lapides
 (inueniuntur) & glebæ auri.

Quam semitam non agnoscit auis, &